Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8328
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quamvis enim ut ait apostolus carnis
providenciam facere non debeamus
in concupiscentiis tamen debemus
gerere curam carnis nostre ad
necessitatem salutis qua indiget
omnes mortales quamdiu in
hoc mundo degunt Secundo enim
homo compositus ex duabus sub
stanciis scilicet animali que corpora
lis est et spirituali que incorporea
est indiget variis adiutoriis spiritu
alibus ad consequendum salutem
anime ita et corpus animale ad
sui salvacionem disposicionem indiget
nutricione defensione conservacione
et variis mimmentis(?) et sustenta
mentis et ideo sicut homo habet
orare deum pro pertinentibus ad
salutem anime ita et orare
habet pro illis qui pertinent ad sa
lutem corporis sui hoc ergo dominus
nos docuit hic orare et a
deo petere cum nos iussit
sibi dicere panem nostrum cotti
dianum da nobis hodie Et sic
nos dominus in hac particula
petere panem sacramentalem
scilicet panem eukaristie / Et 3°
docuit nos petere panem
lectionis et meditacionis sacre
scripture spiritualiter animam refi
cientem et de istis omnibus
Est illa particula exponenda
rogemus igitur mariam et
salutemus eam angelica sa
lutacione dicentes ave maria

Panem nostrum cotti
dianum da nobis
hodie quantum ad primam

huius particule ex potiori sunt
per panem intelligenda omnia
quibus humani corporis fragili
tas hic ad sui salutem et
sustentacionem indiget ut sunt
cibus potus vestitus domus
et cetera huiusmodi Unde Genesis 28
dixit Jacob patriarcha si dominus
dederit michi panem ad vescen
dum et vestimentum quo operiar
erit michi dominus in deum Ecce ubi
ly panis sicut et in pluribus
aliis scripture locis sumitur
pro toto victu amictu necessariis
ad sustentacionem animalis Diceret
aliquis quare dominus potius fecit
mentionem de pane et non docuit
nos expresse petere id dicere da
nobis panem carnes pisces vinum
Ecce cum tamen multi sint qui talibus
indigent necessariis pro sua corporis(?)
petenti sustentacione Respondetur
quod dominus hoc fecit ut ex modo
loquendi nobis insinuaret quod
quantum commode possumus debemus
paucis et grossioribus(?) ad victum necessariis
contenti esse et in talibus super
fluas delicias et curiositatem
non querere iuxta exhortacionem apostoli
dicentis habentes alimenta
et quibus tegamur hiis con
tenti simus Et iuxta peticionem
Salomonis proverbiorum 30 men
dicitatem et divicias non
dederis michi sed tribue tantum
victui meo necessaria ne
forte saciatus illiciar ad ne
gandum aut egestate fuerit(?)
compulsus et periurem(?) nomen
nomen dei mei Et est //